

Acta quædam Iesu Christi, sub Pilati nomine scripta. Impia in illis & blasphema adversus Iesum Christum plurima; è quibus in Christianos odium haurient in Schola pueri, seque ipsos in dato à Magistro penso exercent. Hęc per universas late Imperii Provincias legi in Scholis & vulgari, qua in Urbibus qua in agri iussit Imperator (m); ut nihil tunc frequentius occurreret, quā cantantes recitantesque Christianorum & Iesu Christi opprobria. Sed in Opere indignissimo procedendo tam parum studii regendo mendacio adhibitum est, ut data consignaret Epitola sub quo Consulat eiusdem Principis (n), nempe anno Imperii septimo; quod apertissimum prodebat mendacium; teste enim Josepho Antiquit. l. 18. c. 3. missus in Palæstinam cum potestate Pilatus nonnisi anno 12. Tiberii venit.

Ut totam hanc Dissertationem concludamus, statuendum arbitramur, fieri utique potuisse, ut Pilatus pro more cæterorum Provinciae Præsidum de rebus omnibus ad obitum & resurrectionem Iesu Christi spectangibus Imperatorem faceret certiorē; quod vetustissimis & gravissimis Authoribus, S. Justino Martyre, Tertulliano, Eusebio Cæsariensi assertibus, non inviti credimus.

2. Certum etiam statuimus, ex omnibus à nobis supra laudatis cā de te Scriptoribus neminem, nisi S. Justinum, Tertullianum, & facile Eusebium comperta scripsisse: ceteri omnes nonnisi priores illos vel exscripterunt, vel redegerunt in compendium. Facilè, inquam, & Eusebius Cæsariensis; ille enim nonnisi ex Tertulliani testimonio rem narrat; & animadversione quidem dignum est, Eusebium Acta illa Pilati nequaquam referre, quamquam summi ad historiam illam momenti; nec aliqui ejusmodi scripta incuriosi prætereat. Ex quo suspicandi anfa datur, sive nulla tunc Acta extitisse, sive eorum, quæ per eam atatem ferebantur, Eusebii judicio genuina nulla fuisse.

3. Constat pariter, ex Actis Pilati, nostra atate servatis, ne unum quidem supereste non apocryphum. Quæ refert Hegesippus, Pseudo-Marcellus, Martinus Polonus (o), Yvo Carnotensis (p), Sixtus Senensis, alique Recentiores plures, in re singula, & in suppositionis nota conveniunt. Quartadecimanorum apud S. Epiphanius suspiciosa sunt plurimū, sive minū, in alio, certè in temporum adscriptione; quia in re Exemplaria sibi non constabat. Cum autem S. Epiphanius alia non recitaverit, certius & magis assertum de illis ferre iudicium non licet. Acta Florentini supra rejecimus. Nihil moratur Pseudo-Evangelium Nicodemi, Relationes Bollandistarum, D. Cotelerii, & D. Fabricii.

4. Si que Acta aliquo in pretio habentur, hoc facile privilegium afferendum esset Actis, quorum fragmentum servat Tertullianus. Sed plura in illis occurrunt, quæ suspicionem sive de sinceritate suā

m Ibid. 1. 9. c.
7. p. 352.

n Idem 1. 1. c.
9. p. 27.


movent, vel saltem an originalia fuerint relinquunt incertum. Ubique filii Tertulliani character, in phrasibus illis duris, asperis & Africanis ingeritur. Cum ille verbo Damona de hominibus excutret, eos reluminaret.... Paralyticos restringeret.... elementa ipsa famulares compescens procellas, & freta ingrediens... Parum hoc, si non, & Propheta retro etiam. Tamen suffusus, multa mortis illius propria ostendit insignia... Nibilominus tamen primores, quorū intererat & scelus diuulgare, & populū vestigalem & popularem sibi ad fidem revocare. Viri in lectione hujus Scriptoris vel parum exercitati, statim Tertullianissimum intelligent. Prætero additamenta illa, à Tertulliano in sua relatione apposita, quæ sanè Pilato non convenient, ut illud: Ostendens sese Verbum Dei, id est logon, illud primordiale primogenitum virtute & ratione comitatum, & spiritu instrutum, eundem, qui verbo omnipotente faceret, & fecisset.

Acta illa Tertulliani revocant gesta omnia, & potissima Iesu Christi prodigia; quod vis commissum à Pilato credimus, ut ejus viri laudes prosequeretur, quem infamī supplicio dannaverat. Licet autem fusiū omnia describant, nuspici tamen occurrit quod in Actis Pilati S. Justinus legerat, nimis in uestes J. C. fortis missas fuisse. Ad hæc, Acta illa Tertulliani nonnisi post Ascensionem vel etiam post Pentecosten missa leguntur; vix autem persuaderem, vel tandem distulisse Pilatum, ut Imperatorem de omnibus faceret certiorē, vel hominem Paganum tam exactè scire omnia potuisse.

5. Non inviti credimus, Epitola à Pilato ad Principem missam, maturè satis viatiam fuisse, & primos illos viros, cum quibus genuina Epitola ab Imperatori domesticis communicata fuit, nonnulla adiecisse in gratiam Christiana Religionis; quibus interpolationibus deinde animadversus, invidia in scriptum illud crearebat, factumque successu temporis, ut neglectum penitus interiret: quare Eusebium nullam Epitolam satis assertam, & genuinam posteritatis memoriam sat dignam novisse, videatur. Post eam atatem contigisse facile potuit, ut vir aliquis simile scripti genus procudendum susiceret, opponendum forte supposititiis illis Actis Pilati, Maximini iussu vulgatus.

Si quis velit Authores in hoc argumentum scribentes consulere, audeat Baronium, D. Tillemontum (q), ceterosque Ecclesiasticos Historicos, D. Basnagium in suis Exercitationibus in Baronium, Antonium Vandale in singulari Dissertatione de hoc arguento in calce Tractatus de Oraculis, Editionis secundæ, quod mihi Scriptum, magno futurum adjumento, videre non contigit; D. Tanaquillum Fabrum l. 2. Ep. 12. Casaubonum Exercit. in Baron. 16. n. 154. Ouenum l. 3. Thelug. c. 4. Isaacum Vofsum de Oraculis Sibyllinis c. 11. Le Moine Varia Sacra pag. 146. D. Fabricium Not. in Acta Pilati pag. 214. &c. & 972. Cad. Apocryph. N.T.

q Not. in S.
Petrum 19.
pag. 516.



EPISTOLÆ SECUNDÆ S. PAULI AD THESSALONICENSES PROLEGOMENON.

Altera ad Thessalonicenses Epitola data est Corinthi paulò post priorem, anno 52. vel 53. J. C. Argumentum in utraque connexio, & res que in priori illa proposita in secunda hac exponuntur, ac tandem nomina Silvani & Timothei in fronte utriusque legenda, argumento sunt apertissimum, alteram ab altera nec loco distitisse nec tempore. Cū enim Apostolus 18. mensis spatio moram Corinthi prorogasset, commode otique de rebus Ecclesiæ Thessalonicensis certior fieri, tum & de rebus de quibus consulebatur à Fidelibus illis, respondere valuerit. Cū autem datum primū literis significasset, maximo se desiderio invividendi illos teneri (s), nec pro voto res successisset, vicarias pro se literas misit.

Græca inscriptio ad calcem hujus Epitola datam ferunt Athenis, quemadmodum & priorem; sed cū falsò illas enunciare de priori in ejus Prolegomeno demonstraverimus, (secesserat enim Athenis Paulus, cū Timotheus redit à Macedonia) idem pariter iudicium de posteriori ista ferendum est, scripta utique post priorem, cū Apostolum Athenas redisse nequaquam censeamus. Pseudo-Athanasius in Synopfi, Oecumenius, & Græca quædam Ms. (b) Romæ scriptam docent; cuius tamen opinio nulla suppetit in Epitola conjectura. Neque enim meminit Apostolus vinculorum suorum; sicut & cā constituta sententiā, altera ab altera Epitola nimis prolixo temporis tractu distrahatur, cum priorem illam Corinthi scriptam certò demonstraverimus. Laodicea Pisdia datam, & per Tychicum misam habuisse Apostolum, extremam Judicij diem in limine esse, & se etiam superstitio superventuram respexit autem C. Caligulam, veluti Antichristi præcursorum, & Simonem Magum veluti Antichristum, qui nomen suum & cultum supra omne quot dicitur Deus, efferset. Epocham hujus Epitola determinat ad annum secundum Caij.

Prolixa nimis oratione opus esset ad evertendum Grotius systema universum; quam etiam provinciam non infeliciter successu occuparunt Scriptores quidam Protestantes (b), & hodie, quantum soi, nemo in hanc Grotii sententiam secundum omnes sui partes concedit. Constat autem ē Textu hujus secundæ Epitola, appendicem esse prioris paulò ante scripta. Demonstratum est autem, priorem illam datam fuisse Corinthi, & sub Claudio, tantumdem ergo de altera statuendum est. Vetus Christiana traditio universa agnovit in hoc Apostoli Textu Antichristum postremam iudicii diem præcursorum;

Epitola sub invidioso illo nomine hominis peccati designatus (d). Hujus familia meatus Christianos homines continuit, ne Epitola scriptam adversus illam vulgarent. Cū vero producere visum est, adornata jam Collectioni Epitolarum, postremum omnium accessit. Hujus Collectionis veluti alterum volumen conficiebant Epitola ad privatos data.

Scriptam autem illam censem ad Jasōnem Judæum, Silvam & Timothei necessarium, tum & ad alios Christianos Judiantes, qui ē Syria & Palæstina, occasione persecutionis in obitu S. Stephani (e) morte, Thessalonicam sese receperant. Contendit pariter, alias longè plures Epitolas, quād quæ hodie super sint, dedisse Apostolum, ē quibus unam inuit illis 2. Theffal. 1. 14. Tenete traditiones,

e Act. 8. 4.
Confer. 2.
Theffal. 2. 124

f Grot. Prolog.
in 2. Theffalon.
g 2. Theffal.
3.

quas didicisti huc per sermonem, sive per Epitola nostram. Hanc autem Epitola secundam ad Thessalonicenses certas omnes Apostoli ad eos missas præcessisse ex eo tenet [f], quid in ejus calce moneat Apostolus, ut signum seu adscriptionem suam sedulò obseruat, eumque se tenere monrem in omnibus Epitolis suis (g); frater autem moneret viros, ad quos iam antea scripsisset. Addit Grotius, perfusum habuisse Apostolum, extream Judicij diem in limine esse, & se etiam superstitio superventuram respexit autem C. Caligulam, veluti Antichristi præcursorum, & Simonem Magum veluti Antichristum, qui nomen suum & cultum supra omne quot dicitur Deus, efferset. Epocham hujus Epitola determinat ad annum secundum Caij.

Novum de hac Epitola systema excogitavit Grotius (e), scriptam constituens

h Vide Boch. Epist. ad D. Sarav. inter Opera, 1. 3. pag. 1044. Edit. Leid. Vnde & Henric. Morum 1. 2. c. 2. Simplificatum pag. 7. Usus.

Gro-

diu ante priorem, quam appellamus, Epitola ad Thessalonicenses. Ut autem se

condo post illam loco recenseretur in causa fuisse putat, quid vulgaretur, primò sub Galba post extinctam Claudii familiam, ad quam Cajus pertinebat, in eadem Epit. Calmet Tom. II.